bat infirmoꝝ multitudo. Angelus vero dñi
ſm tp̄s deſcēdebat in piſcinā ⁊ mouebat̄ aq̄
et ſanabat̄ vnus. Que vtiqꝫ fiebāt nō ſolum
angeli deſcendentis pñtia. ſed etiā ſm aliq̄s
ip̄ius ligni virtute. Inſtante aūt die q̄ xp̄us
crucifigi debebat. pretactū lignū ſupnataſſe
miraculoſe ꝓhibet̄. qđ vidētes iudei accepe-
runt et ex eo crucē dño parauerūt. ¶ Tercio
poſſum⁹ cognoſcere dignitatē ⁊ magnificen
tiā crucis ſi ꝯſideremus ei⁹ inuentionē. Nā
poſt xp̄i paſſionē iterū a iudeis abſcōdita fu-
it. et ꝑ annos ducētos ⁊ vltra ſub terra latuit
Inuēta vero fuit ab helena cōſtantini m̄re
mō qui ſequit̄. Cū enī ip̄e Cōſtantin⁹ vt Ec
cleſiaſtica teſtat̄ hiſtoria cū hoſtibꝫ copioſiſ-
ſime ꝯgregatis iuxta danubiū manus cōſe-
rere deberet. nocte ſui exercit⁹ ꝑicula cogitāſ
et timēs ſuoꝝ ſtragē ⁊ ſanguinis effuſionem
oculos ad celuꝫ leuauit. Et in ſomnis vidit
ad orientalē ꝑtē ſignū crucis in celo. ſ. aereo
fulgore igneo rutilare. Angeloſqꝫ aſtare ſibi
qꝫ dicere. Cōſtantine in h̄ ſigno vinces. Qui
tali viſione cōfortatus ſimilitudinē ip̄ius ex
auro fecit. ⁊ ante ſuū exercitū ferri iuſſit. irru
enſqꝫ in hoſtes ip̄os in fugā cōuertit. ⁊ mul-
titudinē maximā interfecit. Scđm quoſdā
iſte cōſtantinus fuit p̄r illius cōſtantini quē
beatiſſimus ſilueſter baptizauit q̇ poſt victo
riā in xp̄m credidit. Et poſtmodū ab Euſe-
bio papa ſuſcepit ſacrū baptiſma. Mortuo
vero eo Cōſtantinus filius memor victorie
p̄ris quā virtute ſancte crucis habuerat hele
nam matrē ſuā hieroſolymā ꝓ ip̄a cruce in
uenienda tranſmiſit. Alij vero tenent qꝫ iſte cō
ſtantin⁹ fuit idē quē baptizauit Silueſter q̇
poſt illā victoriā habitā perfecte nō credidit
nec tūc ſacrū baptiſma ſuſcepit Sꝫ aliquāto
tp̄is interiecto viſionē illā petri ⁊ pauli vidit
et ſacro baptiſmate eſt renatus et a lepra mū
datus in xp̄m deinceps ꝑfecte credidit et ſic
matrē ſuā hieroſolimā miſit vt crucē dñi req̇
reret. Cū aūt hieroſolimā helena veniſſꝫ: oēs
iudeoꝝ ſapiētes q̇ ꝑ totā regionē repti ſunt
ad ſe ꝯgregari p̄cepit q̄s de cruce xp̄i et paſ-
ſionis loco interrogauit. ꝯminataqꝫ eſt illis
qꝫ niſi veritatem patefacerēt. faceret eos oēs
igne cremari. At illi timētes tradiderūt quē
dam apud eos multe auctoritatis virum cui
nomē erat iudas dicētes. Hic o dña iuſti et
ꝓphete filius optime nouit legē. et tibi oīa q̄
ab eo q̄ſieris indicabit. Tūc illa oēs dimit-
tens tenuit iudā. Cui dixit. mors et vita ap-
poſita ſunt tibi q̄ malueris elige. oſtēde mihi
lignū ſancte crucis. Qui dū hoc ſe ſcire ne-
garet duro eſt carceri mancipat⁹. Poſt dies

vero ſex extrahi ſe petijt et crucē ſe indicaturꝫ
ꝓmiſit. Cū ḡ extractus veniſſet ad locū ⁊ ibi
dem oraſſet. locus ſubito cōmouet̄ et fumus
aromatū miri odoris ſentit̄. ita vt mirat⁹ iu-
das ambabꝫ manibus plauderet ac diceret.
In veritate xp̄e tu es ſaluator mundi. Erat
aūt in illo loco ſic̄ in hiſtoria eccleſiaſtica le-
git̄ templū veneris qđ Adrian⁹ ip̄ator ibidē
ꝯſtruxerat. vt ſi q̇s xp̄ianoꝝ in illo loco ado
rare voluiſſet videret̄ venerē adorare. Ob qđ
pene obliuioni locus fuerat datus. Regina
aūt templū fundit⁹ fecit deſtrui ⁊ locū arari.
Poſt hoc iudas ꝓcingēs ſe viriliť fodere ce-
pit. et viginti paſſus fodiēs tres cruces ab-
ſcōditas repperit q̄s ad reginā ꝓtinus depor
tauit. Cū aūt crucē xp̄i ab illis latronū neſci
rent diſcernere eas in ciuitatis medio poſue-
rūt: ibidē gloriā dñi p̄ſtolantes. Et ecce circa
horā nonā quidā iuuenis mortuus defert̄.
iudas feretrū tenuit ⁊ primā et ſcđam crucē
ſuꝑ corp⁹ defuncti poſuit ſꝫ nequaqꝫ ille ſur
rexit. Appoſita vero tercia ꝓtinus redijt de-
funct⁹ ad vitā. poſt h̄ iudas baptizat̄ ⁊ q̇ria-
cus appellat̄ q̇ defuncto hieroſolomitanoꝝ
ep̄o eſt ep̄s ordinat⁹. Cū aūt beata helena cla
uos dñi nō haberet rogauit ep̄m quiriacū vt
ad locū ꝑgeret et clauos inquireret. q̇ dū ve-
niſſet ad locū ⁊ oraſſet cōtinuo claui velut au
rū i terra fulgētes apparuer̄t. q̄s ille accipiēs
regie detulit. Crucis vero ꝑtē helena detulit fi
lio. ꝑtē vero argēto ornatā reliq̇t in loco. Cla
uos inſuꝑ obtulit filio. Ex q̇bꝫ vt refert Eu-
ſebius ceſarienſis frena q̇bus vteret̄ ad bella
ꝯpoſuit. ⁊ ex alijs galeā ſuā armauit. Grego.
vero turonēſis aſſerit fuiſſe q̄ttuor clauos. ex
q̇bꝫ helena duos in freno imꝑatoris poſuit
terciū in imagini cōſtantini q̄ rome ſuꝑemi-
nebat vrbi locauit. Et quartū in mare adria
nū qđ vſqꝫ tūc fuerat nauigantiū vorago ꝓie
cit. Patet iā qꝫ excelſa ſit gl̄a cruc̄ q̄n vt Cri
ſoſto. dicit. Crux de penis latronū trāſit ad
frontes imperatorū.

¶ Qualiter crux exaltata fuit dū xp̄s in illa
pepēdit. et poſt tp̄e heraclij imꝑatoris et in fi
ne in die iudicij. ¶ Capitulū ſecundū.

SEcundū myſteriū ꝯtēplandū de cruce
xp̄i dr̄ exaltatōīſ. p̄t aūt diſtingui triplex
exaltatio.
Prima dr̄ paſſionalis.
Secunda ſingularis.
Tercia generalis.

¶ Prima exaltatio crucis dr̄ paſſionaľ. tunc
ſiquidē exaltata fuit q̄n in ea exaltat⁹ eſt dei
filius qui Jo. xij. ca. dixit. Ego ſi exaltatus
fuero a terra oīa trahā ad meip̄m. Sed hic

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0083
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG